IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



87

Ubi nero. Ubi tyberius. Nomina s̄ nuda. Horum aū nemo nec ulla
horum mentio. Et quia ecclesiam impugnauerunt. ideo et memoriam perdide-
runt. ecclesia aūt sole clarior resplendet. Ubique cū ieris. ad indos.
ad mauros. ad brittannos. ad hispanos usque ad ultimū terrarū
finē inuenies. in principio erat verbum. et u. e. ap̄ dm̄ et ds̄. e. u.
et uniuersa religione plena. Ante hoc enī uniuersa ydolis erant repleta.
nunc aūt non solū ciuitates religione florent et fide xp̄i. s̄
eciā heremus in nomine dn̄i gloriatur. Antea namque et regine
in conuiuiis uirorum saltabant. sic filiā herodiadis fecisse legi-
mus. nunc uero uix famula dignatur hoc facere. Antiquitus gens per-
sarū. filii parentibus sociabantur conubio. et soror fr̄i iungebatur
impune. nunc uero uirginitatē appetunt. Ante hoc aū gothi
in brittannia humanis uescebantur carnibus. nec ieiuniis reficiunt
animā suā. Massagete et berbices miseros putant qui egrota-
tionibus moriuntur. et parentes. cognatos. propinquos cū ad senec-
tutē uenerint iugulatos deuorant. rectius ēe dicentes. ut a
se potius quam a uermibus consumantur. Nunc uero post passionē xp̄i
et resurrectionē eius. abstinentie et castitati deuote militant
xp̄o. et prope omēs gentes parate s̄ pro nomine dn̄i fundere san-
guinē suū. Ante hoc impii et persecutores erant reges. nunc
uero ad celū preferunt pietatem. et ingredientes lum̄ ecclesie
deponunt coronā. et crucē xp̄i. in suis depingunt frontibus.
foris arma. hic mysteria. foris scuta. hic sacramentorum celebra-
tio. theodosii filius. et pater theodosii. religione ac pietate
insignes. ideoque pro his omnibus gratias agamus dn̄o. Per xp̄m d. nr̄m. cui
ē honor et potestas cū sp̄u sc̄o. per immortalia scl̄a scl̄orum a o e n.